UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con. LXVII: Indulgenti[a]e/ quas Co[n]cionatores vocifera[n]tur maximas gr[ati]as/ intelligu[n]tur vere tales/ quo ad qu[a]estum promouendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

Quia docet horrere pœnas, immo facit liberos a pœna quod eſt ſolummodo iuſtoꝶ, Nullus em̄ indiget indulgentijs, niſi ſeruus pœnarū, i, qui non calcat eas, contēptu ſupbo eis dominans, ſed p̄mitur illis & fugit eas, ſicut puer ab vmbris noctis & tenebraꝶ, & tn̄ p̄mittūtur liberi, cū iuſti etiā ſubiecti ſint pœnis varijs.

CON: LXV.

Igitur Thezauri Euāgelici rhetia ſunt/ quibꝰ olim piſcabantur viros diuitiaꝶ.

Sic em̄ Apl̄us, Non quęro veſtra, ſed vos, Et Chr̄us, faciā vos fieri piſcatores hominū, verbū em̄ dulce, trahit volūtatē, imo facit volūtatem hominis in Chriſtū, Vnde, S. Petrus in vrbe pictus piſcator dicit.

Eccl'iam p̱ naue rego/ mihi climata mundi/ Sunt mare/ Scripturę rethia/ piſcis homo.

CON: LXVI.

Thezauri indulgentiaꝶ/ rhetia ſunt/ quibꝰ nūc piſcantur diuitias virorum.

Hanc puto ex dictis clarā, quia per remiſſiones pœnarum homo non fit melior, nec trahitur plus ad deū (hoc em̄ ſolo verbi Chriſti fit) cū ſint verba hominis, dantis licentiam ac relaxationē, magis q̄ capientis & ligantis, Q. ſi aliquid capiunt, certe nihil niſi pecunias, non aūt aīas capiūt. Non ꝙ damnē iſtud negociū pecuniaꝶ contribuēdaꝶ, imo meo iudicio, videtur, dei prouidentia id curare in iſto negocio, vt cum ſit viliſſimū inter dona & officia Eccleſiæ, nec dignum in futura vita conari, ſaltem ī hac vita, vel modica pecunia remuneret, vt nihil māeat irremuneratū, q̄ q̄ olim gratis fiebāt relaxatiōes.

CON. LXVII:

Indulgentię/ quas Cōcionatores vociferātur maximas gr̄as/ intelligūtur vere tales/ quo ad quęſtum promouendum.

Sic em̄ audet audax ignorātia, vt maximū vocet, qd̄ minimū ē, & relinquit tn̄ populo iudiciū & facultas recte itelligēdi, vt errans credat dei gratiam hic dari, Ipſi enim non exponunt, ne ſibi ipſis contradicere cogant̄, aut mendaces inueniantur, ꝙ paruū dixerint magnū.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN